

II.
REGNUM MORTUORUM.

Nro. 50.

Politica Mortuorum Colloquia.

Elysium-Menm. Die Martis. 17. Julii. 1810. (Neov. 30. Jun. 1810.)

De Fontenelle, et ejus pluralitate Mundorum.

Die mihi: quid produxisset Font'nellius, orbem
Si Deus, ut strueret, jussa dedisset ei?
Lunicularum Grex. nostras penetrasset ad oras,
Nosque, teor, cunctis exspoliasset, ego.
Ast super his prorsus non est animus querulandi
Cum liceat bello, cadere nobis eos. —

Confabulantes Umbrae.

Terricola. — Lunicola.

Lun. Animo feror dispiciendi: an etiam ist-
hic Planeticolæ, & aliorum coelestium cor-
porum inhabitatores inveniastur, prout eru-
ditus in luna nostra vir Celebris Ellenetnos
contendit.

Ter. (Circumspicit) — singularis umbra!
ausimne mihi honorem sumere? — excelsa
anima! — —

Lun. Quid honorem sumere?

Ter. Cur hæc admiratio? — ex qua
patria? quibus oris & regionibus? quæso
ediffere.

Lun. Sum Incola Lunæ, ex regione quæ
Ainoteut adpellatur. —

Ter. Difficilis pronuntiatio! ergo exLu-
na? — ego terræ sum Incola — Eruditi tæ

men nostri rem acu tetigere, cum lunam quoque inhabitari docuissent.

Luc. Quæ tibi patria?

Ter. Germania — alias & Teutonia dicta, in meditullio Europæ. —

Lun. Difficilis pronuntiatio! ergo incolæ terræ? —

Ter. Non adeo durum enunciatio, quam principio videatur. — Generatim & Deutonia scribi & dici potest, *Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est.*

Lun. Nobilem oportet tuam nationem — in meditullio Europæ!

Ter. Secundum veterem Geographiam, quod ad nostram patriam spectaverat 30 ultra censuit hominum milliones. —

Lun. Quid ais? & tam ampla nationem consentiret in eo: ut se adpellare, aut nomen suum enunciare debeat? — Idem propterea apud nos obtinet: multi scribunt Ainotheud in vicem Ainotheud. —

Ter. Ast ut se, amabo, res bellica in luna habet? an & in ea dissidia, revolutiones, occupationes?

Lun. Potens ac formidabile apud nos exortum regnum, cui nomen *Aillag*; prædominatur id ferme omnibus, partim potente sua actione, partim per politicam suam. — Ast in luna immanis visitur cisterna, qua aqua continetur, in hac modica Insula cernitur, in qua æque potens conditum regnum quod *Ailgna* nuncupatur — hoc nullam aliam nationem in prævasia cisterna tolerare, sola

dominari & disponere, in reliqua Lunæ regna politicam æque actionem habere, & id genus plura præterdit; — ambo inter hæc regna diuturnum bellum geritur, quin se mutuo contingere possint, verum quævis gentes coaluere ut Ailgna ab iis hostiliter impetatur; nihilominus æquorea gens pacis vocem surdis excepit auribus, erecta & obstipa ceryice Cisternæ insistit domibus grandibus ligneis, quas naves adpellat, inerrat, omnesque lunam inhabitantes oræ utpote adsitas gentes vexat.

Ter. Quid memoras O illustis Auaris genie! id ipsum ut in nostro planeta evenit.

Lun. Vivimus nihilominus in luna optima freti spe, pacem non facile turbatum iri. Sola Aillag & Ailgna bello immorantur — hic casus olim non obtinuit, usque multi Status quadam virium & subsidiorum æqualitate pollebant, quamdiu hæc locum habuit, in universa Aporus & ejus partibus ab invicem separatis bella geri poterant, reliquis nationibus nihil curantibus.

Ter. C'est tout comme chez nous! profecto res singularis! rem inamænam esse oportet inhabitare lunam. —

Lun. Non adeo acerbam ac vulgo in aliis planetis existimant. — Eam quippe in orbita lunæ animadversionem fecimus: illam duntaxat gentem in luna eximiam & excelsum esse, cui cultura & menti perviæ notiones ejus cordi sunt — exemplum nobis est ingente, quæ insulam cisternæ inhabitat.

Iligna quovis ævo, ut insertum lunaribus Chronicis nostris reperitur, per *Sonamor*, *Senoxas*, *Sonad*, & — *Sonnamron* subjugati sunt; hodie boreas nequidquam eis prævalet. — Cunæ religionis nostræ apud *Sacrut* sunt & eorum in manibus — *Illag Malliag* subjugarunt, *Firyt*, *Secuenigahtrat*, *Inamor*, *Ihtog*, *Sebara*, per vires *Mainapsih* sub jugum misere, illæ duntaxat nationes diutissime se conservavere, aut novæ grandi origini causa extiterere, quæ culturam, id est: efficacem alacremque culturam secutæ, & eam inter se propagare adnissæ.

Ter. Id ipsum de nobis dixisti. — *Sola* Cultura ejusque propagatio in Europæis nostris Statibus tam favorabilem conversionem procreavit, *Gallia* & *Anglia* exemplum nobis præbent, ambæ ajunt: Est mihi orbis summa potestas. —

Lun. Quantum tempus est, quod exiguo planeta, Tellure, excefferis? — quæ in eorum facies? mihi dicere velis.

Ter. Pridie *Calendas* *Quinquagesimas* dies mihi erat novissimus, ante adhuc publicis hæc in paginis legi, quam vitali statione decessissem:

Londino 16. Junii. Die 13. h. *Plymum* litteræ *Londino* allatæ, e vestigio nave *veſtoria* *Morlæum* expeditæ. — Creditur his regiminis nostris finalem in argumento negotii permutationis bello captorum contineri, ut indicia habent, permutatio paullo post suscipienda videtur. (Ex *Curso*)

Ephemeris ex Kingston memorat adparitionem 7 lin. navium ad Ins. S. Bartholomæi; quædam privatæ litteræ ajunt: Admiralem Cochrane Insula *divite Portu*, (Porto ricco) potitum esse.

Privatæ Ulissipone de 26. Maji litteræ hæc continent: Copiæ quæ ad Arancam constitere, Portalegram repetiere. Princeps hospitium. Visei — nihil memorabile incidit. —

Cras mercantiles naves sub præsidio Fregatæ in Angliam proficiscentur — D. Kemandy ceu Supr. Commissarius ex Anglia adpulit. Secretarius legationis Casamosor in nave Comus Algeriam discessit fruges & pecora cædenda &c. procuraturus. — Commercium sat languet — tempestas gelida, humida, & sæpenumero turbidosa est. — Evectio viæ pro semestri vetita.

Die 13. h. Lordius Grey in Curia sup. longum & energeticum de politicis M. Britannicæ adjunctis sermonem habuit, eumque adparatu argumentationum firmavit, quæ abolitionem hodierni ex integro regiminis Systematis respiciebant; quæ nihilominus magna votorum pluralitate rejectæ.

Neapoli 10. Junii. Nuncii ex urbe Scilla de 4. h. adventum regis in eam memorant. Instituta vespere ædium collustratio adesse Majest. regiam indicio hosti fuit, qui espropter mane cum navium tormentariorum agmine pro urbe comparuit, aliquot ignitos globos injecit, sed absque damno — ubi ex parte nostra tormenta explosa fuissent, hostis velociter recessit.

Mediolano 20. Junii. Publici Luca nunci-
eii ferunt mechanici ingenii virum machinam
ducendis filis canabinis aptam reperisse, de
qua artis peritorum sententia est, eam per-
fectioni accedere, & præmium ab Impera-
tore propositum obtenturam. Artifex iter Pa-
risios parabat, machinamque publico examini
subjicere.

Secundum exactum Censum Principatus
Lucensis numerat 175,810 Incolas. *Ubi* ha-
bitant 120,000 passim censebantur.

Lun. Nova, quæ isthuc memoras, ex
Dieris planetæ nostri de verbo ad verbum
excerpta sunt.

Ter. Nugæ! hoc esse nequit, quippe
apud nos in tellure typis mandata sunt.

Lun. Id quidem ita est, nam planeta
quem incolebam, est ad lacum lunæ, seu
Mondseam, vel Mandseam in superiore Au-
stria ad confinia Salisburgi.

Ter. Quid audio? ergo patriota, ergo
Germanus? non ex luna? ergo me Dominus
patriota ludificabat.

Lun. Ex lacu lunæ — nostræ nomini
urbecula, in qua natus sum, lunare quid
inest, quæ etiam ratio quod lunicolam me
appellatim.

Ter. Et Nova etiam ficta, quæ ex luna
tam promte recitabas?

Lun. Sunt producta theutonice terras
nostræ, *inversim* modo nomina legenda sunt.

Ter. Viden! ut populares nostri trans
etiam stygem petulant! (*ambo arena decedunt.*)

Londino. Regiæ familiae luctus impendet Princeps Amalia, ex multo tempore malo adfecta quod adeo invaluit ut medici spem recuperandæ sanitatis omnem amiserint. Princeps Valliæ cum fratribus Vindsoriam concessit, sororem dilectam supremum visurus quæ ob eximias dotes vulgo, & a cognatis præcipua quadam ratione colitur.

Monitor continet seriem actorum, in argumento profugii Gen. Ducis *Sarazin* ex Castris ad *Boloniam* in *Angliam*. Ex edito Jussu supremi eorum in Castris Præfecti Gen. *Vandamme* de 11. h. hæc excerptimus.

„Ipse hoc tempore exercitus testis erat inopinabilissimi eventus, qui non potest non vivacissima eum indignatione replere — Gen. *Sarrazin* proditor patriæ principisque sui, qui numerosis beneficiis gratum animum & amorem omnium Gallorum sibi conciliare novit, factus est. Hic *Bellidux* stationem deseruit, ad hostem transiturus — Abominabili hoc facinore summa se contaminat ignominia, efficiturque objectum imi contemptus pro cunctis gentibus. Exercitus oertus esse potest, quasvis agendi rationes initas esse, ad prohibendum, ne crimen hoc perniciose consecutaria ferat, ut ejus nefors inita consilia in irritum verti valeant, ignominia reum solum maneat, qui sanctissima jura conculcare ausus, ad perfida & acerrimis poenis digna animi sensa amplectanda — Supr. copiarum Præfectus discrete præcipit cunctis DD, Gen. Ducibus, atque universis ad oram ma-

Mediolano 20. Junii. Publici Lucae nunci-
cii ferunt mechanici ingenii virum machinam
ducendis filis canabianis aptam reperisse, de
qua artis peritorum sententia est, eam per-
fectioni accedere, & præmium ab Impera-
tore propositum obtenturam. Artifex iter Pa-
risios parabat, machinamque publico examini
subjicere.

Secundum exactum Censum Principatus
Lucensis numerat 175,810 Incolas. *Obs* ha-
ctenus 120,000 passim censebantur.

Lun. Nova, quæ isthic memoras, ex
Diariis planetæ nostri de verbo ad verbum
excerpta sunt.

Ter. Nugæ! hoc esse nequit, quippe
apud nos in tellure typis mandata sunt.

Lun. Id quidem ita est, nam planeta
quem incolebam, est ad lacum lunæ, seu
Mondseam, vel Manseam in superiore Au-
stria ad confinia Salisburgi.

Ter. Quid audio? ergo patriota, ergo
Germanus? non ex luna? ergo me Dominus
patriota ludificabat.

Lun. Ex lacu lunæ — nostræ nomini
urbecula, in qua natus sum, lunare quid
inest, quæ etiam ratio quod lunicolam me
appellari.

Ter. Et Nova etiam ficta, quæ ex luna
tam prompte recitabas?

Lun. Sunt producta theutonice terras
nostræ, *inversim* modo nomina legeada sunt.

Ter. Viden! ut populares nostri trans
etiam stygem petulant! (ambo arena decedunt.)

Londino. Regiæ familiæ luctus impendet Princeps Amalia, ex multo tempore malo affecta quod adeo invaluit ut medici spem recuperandæ sanitatis omnem amiserat. Princeps Valliæ cum fratribus Vindsoriam concessit, sororem dilectam supremum visurus quæ ob eximias dotes vulgo, & a cognatis præcipua quadam ratione colitur.

Monitor continet seriem actorum, in argumento profugit Gen. Ducis *Sarazin* ex Castris ad *Boloniam* in *Angliam*. Ex edito Jussu supremi eorum in Castris Præfecti Gen. *Vandamme* de 11. h. hæc excerptimus.

„Ipse hoc tempore exercitus testis erat inopinalissimi eventus, qui non potest non vivacissima eum indignatione replere — Gen. *Sarrazin* proditor patriæ principisque sui, qui numerosis beneficiis gratum animum & amorem omnium Gallorum sibi conciliare novit, factus est. Hic *Bellidux* stationem deseruit, ad hostem transiturus — Abominabili hoc facinore summa se contaminat ignominia, efficiturque objectum imi contemptus pro cunctis gentibus. Exercitus certus esse potest, quasvis agendi rationes initas esse, ad prohibendum, ne crimen hoc pernicioso consecutaria ferat, ut ejus nefors inita consilia in irritum verti valeant, ignominia reum solum maneat, qui sanctissima jura conculcare ausus, ad perfida & acerrimis poenis digna animi sensa amplectanda — Supr. copiarum Præfectus discrete præcipit cunctis DD, Gen. Ducibus, atque universis ad oram ma-

ris militare Imperium habentibus Officialibus, ut praevidere ea disponant, quibus in Casu quo memoratus Gen. Sarrazin ullo sub praetextu istius reverteret, aut deprehenderetur confestim adprehendatur, et sub custodia ad princeps Supremi Copiarum Praefecti hospitium adducatur — huic summe notabili dispositioni exacte mos gerendus est.

Ex reliquis Actis elucet: memoratum Gen. Ducem Sarrazin die 10 h. m. cimbam piscatoriam conscendisse, conspectoque Anglicano lembo cimbæ rectorem eo navigare iussisse, praetextendo: se ut Parlamentarium Angliam petendi mandata habere.

Quaestio et responsio.

Cur Ephemerides nihil memorabile continent? —
Resp. Ex vicennio Publicum grandibus asvefactum eventis, puta: bellis, proeliis, politicis et imperantium civilium mutationibus — Hodie species malitiae obtinet. — At Ephemeridum, curus postalis natura et ratio est, ambo statis horis expediri debent, onus habeant, vel eo careant; discrimen est nihilominus: Illas semper repletas oportet, contrae postalem carrum — unde et qualescunque sumantur merces — —